

Vbi mihi gladius est? num quis illum agnoscat alius? num cuiusquam alterius telum est? Quis illum in arcem duxit? ante tyrannū quis v̄sus est? quis illum tyranno misit? O ensis mecum cōmunicans, rerū à me bene gestarū successor, post tot discrimina, post tot mortes despici- mur, & indigni p̄m̄o v̄demur. Si enim ob istud solum hunc à vobis honorēm peterem, si dicerem: ô viri, tyranno mortem cupienti, ac tum inermi forte deprehēso, meus iste subser- uiuit gladius, atque operam suam ad conse- quendā libertatē cōmōdauit omnibus, hono- re ac p̄m̄o indignū putassetis? dominū tam popularis rei non retaliassetis? non inter bene- factores inscriptissetis? nō inter sacra gladium ipsum reposuissetis? non secundū Deum illum coluissetis? Nunc meū cogitate, qualia tyran- num ipsum ante mortē & fecisse, & dixisse sit verisimile, quum filium perimerē, ac vulneri- bus multis in parte corporis conspicua perfor- derem, quo videlicet genitor v̄reretur, atque aspectū primo stupeceret, miserabiliter exclamauit, atque inclamauit patrem, non vt auxiliator esset aut cōmilito, quippe qui iam senex erat atque inualidus, sed domesticorum malo- rū spectator. Ego illinc digredior, totius qui- dem tragœdia autor. Reliqui verō histrioni cadauer, & scenam, &ensem, ac cetera quæ fa- bulæ supererant. At ille quum adesset, ac vide- ret filiū quem habebat vnicū, vix respirantem, lacerum ac morte plenum, vulnera quoque il- la densa, ac multa, & letalia gerentē, sic exclamauit: O nate, sublati sumus, interēpti sumus, tyranii cæsi sumus: vbi iste interfector est? ad quid mihi parcit? cui me reseruat malo per te iam fili p̄m̄ortuū? nisi me forte vtpote senē contemnit, & lente me perimere decreuit: ac mortē mihi producit, vt necē mihi faciat lon- giorem. Et simul ista dicens,ensem quārebat: ipse autē erat inermis, vt qui omnē in filio spē reposuerat. At ne is quidem defuit, iam dudum enim à me ante p̄paratus erat, atque ad faci- nus futurū relitus. Ergo ex corpore euellens, & ex vulnera gladiū eximens, iam dudum mē occidisti, peremisti, nunc vero mihi finē facito. O ensis, inquit, patri lugenti consolator veni, atq; infelicē senis manū adiuua, iugula tyran- num, perime, ac luctu solue. Vtinā in te prior incidissim, vtinā ordinem cædis incœpissim, cecidissim quidem, at vt tyranus tantum, & vltorē sperans, nunc vero vt orbus, nunc verō vt etiam carnifice egens. Et hæc simul dicens, vulnus intulit tremulus, impotens, cupiens quidem, inualidus tamen ad facinoris ministe- rium. Quot sunt ista supplicia? quot vulnera? quot mortes? quot tyrānidia? quot p̄m̄ia? Et tandem vidistis omnes iacentem iuuenem, opus neque paruum, neque facile, sehem vero illi circumfusum, cruarē vtriusque inhæren- tem, atque iam libertatis, & victorię parentem libitinam, & nostri ensis operam? ensem vero ipsum inter vtrunque monstratum, declaran-

tem quām non indignus domino sit, testan- temque quod mihi sit fideliter obsecutus. Hoc si ego fecissim, obscurius fuisset, nūc vero redi- tur ipsa nouitate splendidius. Qui tyran- dem ergo omnē sustuli, ego sum: opus autem in multis distributum est, quemadmodum in fabula. Atque egi primas quidem partes ego, secundas vero filius, tertias tyranus ipse, ensis autem subseruiuit omnibus.

DECLAMATIO

THOMÆ MORI, LV.
cianica respondens.

NO N putauerā Iudices, ci, qui (id quod ego nunc facio) publicam causam suscepisset agendā, opus fore, vt cur id facere instituerit, rationē reddit: Neque enim vl- lum fore periculū, ne id malicia potius aggref- fūs, quām pietate videatur, quum hoc certissi- mum prebeat māgnæ integratīs argumen- tum, quod aliorū omnium commōdis elegerit suo priuato labore consulere. Quod quanquā omnes istiusmodi causarum patronos merito posse existimem ab omni calumniae suspicione defendere, me tamen omnī meritisime, qui vt omnibus prōfīm, non solum hunc mihi la- borem defūpsi, sed inimicitias etiam cum eo viro contraxi, qui se tyrranos quoque iactat occidisse. Sed quoniā nihil tam recte cōceptum esse video, quod non improborū vellicet ac deprauerit iniūcias, & quosdā iam nūne muſi- tantes audio, qui istius oratione persuasi, hoc meum officium in peiorē partē rapiunt: statuū Iudices vobis huius actionis meā causas expo- nere, ne quis industriae meā malignus inter- pres eam dolori, odio, vel inuidiae conetur as- scribere. Ac primum, quid est cur tyranī mor- tem dolere puter: nā id itte mihi nuper obie- cit, probationē verō nullā attulit, dixisse tantū contentus, & credi sibi sine argumento, sine teste postulat: imō, inquit, nisi doleres, nisi ty- ranni mortē vlcisci cuperes, meū nō contendes. Ergo eo solo lugete me tyranī mortem probas, quod tibi ob eius necē, p̄m̄ū iniuste peteti, ego me iuste opposui? Vis videre quām nihil dicas? Si te tyranū occidisse probes, ego tecum litigare, nec si velim possem, nec si pos- sem velim. Nunc verō quid aliud cōtra dictu- rus sum, quām quod illum non occidisti? Si tu interfecisses, nihil quererer, imō laudarem, admirarer, ac p̄m̄ū primus decernerem: nūc verō ideo tibi contradico, ideo tibi honorem denego, ideo aduersor, ideo queror, quia ty- rannū non occidisti. Num igitur occisum pro- tinus dolerē video? Ostendisse potius iudices debuit, me tyrrano fuisse vel sanguine cōiun- ctum, vel affinitate propinquū, vel beneficijs deuinctū, vel scelerum cōmūnione fœderatū. At istorum quicquam nē fingere quidem potuit:

DECLAMATIO THOMÆ MORI

potuit: ergo si neque cognatus illi, neque affinis fui, si mea opera nunquam in cuiusquam in-
 iuriam vñus est, si ab illo beneficij nihil in me
 collatum est, si me acerba seruitute cum
 cæteris simul opprescit, si me illius interitus li-
 bertati vobiscum vñā restituit, quid cause est
 vt illius morte meæ salutis ac libertatis auspi-
 cium doleam? At odij certe tantundem causæ
 est. Nam quid egit quod odium in illum pro-
 tricaret meum? Primo tyranni filium interfec-
 it: postea vero tyrranno sibi manus inferente,
 iste præmium tanquam tyrannicida petiit: quo-
 rum alterū, puta quod iuuenē peremit, quam-
 quam id ipsum parum consulte, parumque ex
 communi cōmodo fecerat, nisi dīj nobis suis
 fent propitijs, fecit ille tamen animo (quantum
 ego certe suspicor) non malo. Alterum vero,
 nempe quodd præmium postulat quum nō me-
 ruerit, vt nunc sunt hominū ingenia, nō mi-
 tor; & ignosco certe, modo possit auferre.
 Neutrum istorum odium in illum meum con-
 citat Extra hæc nihil vñquam fecit, quod ad
 me villo modo pertineat: ergo tam iniquus
 sim, vt hominem vix tandem satis aut de facie,
 aut fama notū, qui me nec re offendat, nec
 verbo læserat, gratis odio persequereret? Restat
 inuidiæ diluenda suspicio, qua talis est, vt nul-
 lo malo carere velim libentius. Nam quū omi-
 nia vitia sint suapte natura perniciosa, nullum
 tamen est liuore pestilentius: quodque pectus,
 cui semel infederit grauioribus tormentis ex-
 agitet. Nempe alterius fortunā, suum infortu-
 nium ducere, secundis aliorum rebus æstuare,
 alienis laudibus vñi, aliena felicitate torqueri,
 an nō summa miseria, non extrema dementia
 est? Itaque si à quoquam alio vitio Iudices ab-
 sum, ab hoc certe longissime absuri. Cuius
 vñquam fortunas impetij? Cuius res bene-
 gestas eleuaui? Cuius laudibus vñquam de-
 derraxi? Cuius famam labi respersi? Certè ab
 huius vitij suspicione si me mediocris ista for-
 tunā mea non asserit, quæ nō tam inops est, vt
 aliorū opibus ac præmijs inuideam: si me ar-
 teata vita non vindicat, quæ non vñquædeo-
 est rerum bene gestarum indiga, vt aliena de-
 beam laude tabescere: At ipsa me Hercle cau-
 sa prorsus absoluit: quæ talis est, vt potius omni-
 um veniam, quām cuiusquam mereatur in-
 uidiam. Quæso iudices, quod tandem odij sig-
 num, quod inuidiæ documentum præ me fe-
 ro? Non prouoco, nō irascor, non accuso, vrbē
 tantum in ius vocatam ab illo defendo. Sed
 quur sedibz ergo cæteris, ac tacentibus vñ-
 uersis, atque in his multis & clarissimis viris, &
 autoritate præstibz, & multo ad dicendum
 instructioribus, ego potissimum surgo, & pe-
 tenti præmia cōtradicō. Illi ipsi profecto quin
 mecum sentiant non dubito: & quin ex his
 plerique sint, qui hoc ipsum officium, nisi ego
 iam suscepisse, libenter fuerint obituri: neq;
 tamen ideo culpandus sum, quod me pro pa-
 tria primus obtulerim. Quicquid est, alieni si-

lentij causas non debeo: me certe ad dicendum
 cū Republicæ causa, tum deorum immor-
 talium respectus incitabat: nempe quum vide-
 rem fatus tenues eratij nostri prouetus, & pre-
 sentem pecuniam nimis exiguum, tum instare
 multas necessarij sumptus occasiones, nō fere-
 bā vti ciuitas hoc insuper nō necessario sum-
 ptu mulctaretur. Tyrannicidij præmiū quantū
 sit nō ignoratis, ac merito quidē: quod enim
 præmium satis grande sit, quo agri, foci, fortu-
 nae, liberi, coniuges, salus, ac libertas omnium,
 postremo ipse deorum aræ atque templa re-
 dimuntur? Quod quo maius atque vrbi one-
 rosius est, eo magis à nobis prospiciendū est ne
 temere collocetur. Satis iudices, satis impen-
 sae ac sumptus imminet, satis effundendum est, vt
 ærarium nostrum tam profunde, nō iste etiam
 cui nihil debemus, exhauiat. Præterea quum
 hoc tyrannicidium sola deorū clementia pro-
 uenerit, quo toties in clamati calamitatū tan-
 dem nostrarum miserti, crudelissimi nos iugo
 tyrranni soluere, ac libertati reddere voluerut,
 non ferēdum putauit vt ciuitas honorem gra-
 tiāque dijs merentibus ablatam, homini nō
 merenti tribueret. Totum autē hoc negotij for-
 tunā deorumque benignitati deberi, huic ni-
 hil grātiae, apertissimis argumentis docebo:
 quod dum facio, quæsb iudices diligenter at-
 tendite. Tria sunt quorum iste quo dlibet suf-
 ficeri sibi ad hunc honorem consequendum
 putat, vel quod tyranni peremit filiū, vel quod
 tyrrannū tentauit occidere, vel quod pater filij
 nece cōmotus, ense quiem iste reliquerat, mor-
 tem sibi consciuit. Ergo illius adolescentis cō-
 des tyrranicidium videtur? Quid nō nēpe &
 ille (inquit) tyrranus erat. Quis id credit iu-
 dices, vrbem vñā duobus suffecisse tyrrannis?
 duos tyrranos inuicem concordes eadē inco-
 luisse moenia vñius vrbis ambitu potuisse con-
 tineri, quorū alterutri vix vel orbis vniuersus
 suffecerit? Quisquis id credendum duxerit, is
 mihi parum videtur tyrranicam considerare
 naturam: nam legitime quoque potestates, ac
 non solum legibus gubernantes, sed etiam le-
 gibz obtemperantes, ac tyrranide tanto in-
 teruallo mitiores, ambitione tamē ita vincun-
 tur, vt nec vel intimorum amicorum vitæ par-
 cant, potiusquam eos habeant imperij sui con-
 fortes. Quis tyrrannum credit natura ferum ac
 violētum, imperij sui, cuius ardore hominum
 leges protuluerit, deorum contemperit, vitam
 neglexerit, socium quenquā admittere? Quin
 brutorum quoque pleraque fermē, que (quod
 tyrranorum proprium est) rapto viuunt, qui-
 bus solius pabuli cura impressit aliqua tyran-
 nicæ naturæ vestigia in propriis factus sequuntur,
 potiusquam socios illos venationis accipiunt.
 Et hominem tyrrannum putamus, quem fastus
 inflat, ambitio stimulat, cupiditas vrget, gloria
 sollicitat, suam cum quoquam posse cōmu-
 care tyrrnidem? At iste non solum duos ty-
 rannos facit, verumetia adolescentē plusquam
 tyrrannum

Tyrannum vult videri: nam cūibus atroces (inquit) iniurias fecit, cæde, rapina, stupro, omnibus denique scelerum formis insignis. Nōmine quidem abstinuit, cæterum re ipsa tyrannidis caput erat, ac parente plus potuit, eum vt volebat rexerit. At longè contra se res habet iudices: nimirum impotens semper ac formidolosa res tyrannis est. Neque filius profecto patrem tulisset si posset, neque filio tantū permisisset pater vt posset. Nemo tyrannis est herede suspectior, qui eo maiorem parenti metum incutit, quo magis ferocem eius indolem ac tyrannicos mores expresserit. Continebat ergo filij sui cupiditates, atq; adolescenti strin-gebat potius quam laxabat habenas, ne viribus nimium inualescens iuuenis, imperij audius, atque opibus insolens, nec sibi iam impetrans, tandem ne parenti quidē parceret, quum iam Saturno superi Iouem preferret. Nam si iniurias interdum fecit, quid aliud quam se parenti satellitem præbuit? ex quibus quotus quisque est, qui non grassetur, nuptias violent, domos cōpilet, phana dispoliet, obuios cedat, atque optimum quenque trucidet? Sed quoniā vñus est, cuius potentia atque umbra frēti, tam scelerata grassantur audacia, pœnas alioqui facinorum suorū vel illi, vel publicis legibus daturi, ipsi quidem latrones, homicidæ, fures, adulteri: solus autem vñus ille scelerum princeps, sub cuius nomine omnes impune delitescunt, tyrannus est. At ille adolescentis, si quando patrabat aliiquid atrociss, patrem semper sic imperasse dicebat, neque ego quin imperarit dubito. Nam filius quamquam ea indole fuit, vt parentem aliquando videretur (si ad tantam peruenisset ætatem) flagitijs ac sceleribus æquaturus, tamen in hac adolescentia, præ illius crudelitate ac fœnitia, quibus iam à puerō semper assuetus insenuerat, rudis adhuc miles, ac vix tyro fuit, neque ferè magnum quicquam nisi à patre iussus atque edictus agebat. Sed siue non nisi iussus illa faciebat, siue ipse etiam iniussus audebat, tamen quātanq; iussus egerit, quum neque tyranni nomen usurparit, neque se pro tyranno gesserit, sed patri se parere significari, & aforum suorum causas in illum retulerit, quum alium se potentiores esse confessus sit, cuius viribus sideret, à quo omnis eius perderet impunitas: furē si velis, aut sacrilegum, vel si quod aliud nomen mauis, appelles: at is profectō non est, in quo fieri tyrannidium potest. Quod si illum omnia solum potuisse, ac re ipsa tyrannum fuisse contendas, & (quod paulo antē iactabas) illico eius morte liberam fuisse rempublicam, singamus obsecro adhuc parentem viuere, sed non fugatum tamen, quod nescio cur ipse finxisti, quippe quem nec ipse fugaueras, nec cur ei fugiendum esset, effeceris. Filio enim tantum per insidias adempto, reliquis viribus integris, non video cur patri magis desperandum, aut fugiendum fuerit,

quam si aut filius ei natus non fuisset, aut peste corruptus obiisset. Patrem ergo singamus (vt dixi) viventem, ac filio quidem vñico orbatum, sed satellitum tamen cetera cinctum, cædem filij lachrymātem: sed interactori minantem, atque omnia suppliciorū genera definantem, in suorum vultu tristī quidem, sed tamē truci procurrere, & prolato quem tu reliquisti gladio, ingentia polliceri præmia, si quis eius enīs dominum prodiderit: hic tu foro iactabillo, atque eius satellitibus occupato, & in caput tuum quæstione iam habercepta, in publicū fortis tyrannicida procurte, & in medios globos irruens tyrannum te occidisse proclamita, libertatem omnibus denuncia, ac Tyrannicidij præmiū postula. Quid fugis? Quid latebras queris? Quid tyrannicida metuis? An non libera est Respublica? An non tyrānus occisus est? Neque ergo is quem peremisti tyrannus erat, sed quidam potius tyranni satelles: neque eius morte ciuitas libertati restituta est, quod solū paulo antē dicebas huius legis spectasse latorē. At heredē (inquit) occidi. Quid mihi heredes nominat? Quid in tyrannide leges memorat? Legum ista nomina sunt. Iuris est ista successio. An Piratæ filiū si demortui patris locum impleuerit, heredem quisquam dixerit? Intestatus semper tyrannus moritur, quippe legibus ab illo captiuis, quæ sole ratum facere testamentum possunt. Proinde qui defuncti locum tyranni subit, heres non est, sed nouus tyrannus. Non enim succedit, sed inuadit. At illi nunc paruisseamus. Istud qui constat? Ego contrā tyranno mortuo populu illico liberum esse dico. Alioqui frustra lex tyranicidæ præmiū statuit, si alterius morte in alterius potestate recidimus. Sed longe secus iudices, defuncto enim quolibet casu Tyranno, populus iam tum liber dum amici luētu occupatur, dum stupet eius morte satellites, illico se in libertate assertuisset: neq; plus filius aduersus populi vires tu valuerit, quam nunc potest quisquam, vel ex amicis tyranri potentiissimus, aut genere quisquis ei fuit post filium proximus: ad quē, si successio nō nomen atque hæreditatis audiendū est, tam nūc tyranis pertinet, quam ad filium pertinuisset. Qui satellitem igitur, qui amicum, qui cognatum, qui filiū tyranri peremerit, frustra Tyrannicidium iactauerit. Tyrannus ipse solus est, cuius necē tanto præmio Respu. mercatur. Sed volui (inquit) pertetaui, pericitatus sum, quod negari ne possit, filio tyranri perempto, spē futuræ tyrannidis extincta, præclarū animi mei documentū reliqui, vel hoc solū sufficere mihi ad hunc honorē puto. Hic vide obsecro quam nihil malevolē, quam simpliciter agam tecū omnia, quam ex re tua totū hoc negotiū minimē suspiciosus interpreter. Nam si alius hanc ageret causam, nec tamē ex inimicis tuis, sed ex acrioribus istis actoribus quisiā qui locos omnes executiū, & suspicionibus urgēt, ac molestus

DECLAMATIO THOMÆ MORI

moleste nimium premunt, sic Hercules hunc tractaret locum, vt te nec id tentasse vñquam, nec destinasse contenderer. Quod si tu vociferareris mirari te quenquā tam insigni esse impudentia, vt talia dicere occiso in ipso conatus tyranni filio audeat, hic ille protinus quasi fieri non potuerit (inquit) vt non patriam libera turus, quod non præstisti, non Tyrannum occisurus, quem non attigisti: sed ipsum potius iuuenem quem trucidasti perempturus, ascenderis illatam tibi priuatim aliquam vlturus ac retaliaturus iniuriam. Hic si instaret, vrgeret, premeret, ac certas aliquas probationes illius animi tui ac propositi sagitaret, vides (vt opinor) in quantas traheris angustias. Sed ego tecum hoc pacto non agam, quippe qui in rebus (cuiusmodi ista est) vehementer obscuris, assueci semper in meliorem partem esse proclivior. Permitto itaque tibi, vt ista fecisse animo in Remp. propenso videaris. Voluisti ergo, ac tentasti prorsus auferre Tyrannidem. Hoccline tibi videtur isto præmio compensandum? Primum quod voluisti, quis non viderit quām sit exiguum? Nam hac ratione omnes tyrannicidij præmium peteremus. Quis enim tam frigido in Rempub. animo fuerit, vt Tyrannum crudelissimum non libenter auferre voluerit? Tentando verò quid aliud declarasti, quām quod esse Tyrannicida voluisti? Quod te preterea periculis exposuisti, an id præmium meruerit vllum, postea videbimus: quod autem istud non meruerit, spero vobis iudices esse vel sola legis recitatione perspicuum. Quæcum præmium nisi Tyrannicidæ nō statuat, qui verò Tyrannum nō ceciderit, esse Tyrannicida non possit: quantumlibet quispiā tentauerit, quantiscunque sese periculis exposuerit, frustra Tyrannicidij præmium, nisi cæso Tyrano petierit. Nam ei qui dum conatur occidere, in exilium cōpulerit, præmiū quidem: sed neque tantum, neque tanquam Tyrannicidæ decernā. Etenim si morbo quopiā labrans denunciem, quicunque me sanauerit, ei recuperata valetudine, tria me talenta daturū, veniat aliquis spe mercedis inductus, qui mei curam suscipiat: deinde medicamentis quibusdam adhibitus, vbi frustra se conari senserit, artem suam morbo vitam confessus, me iam deploratum relinquit: aliqua tamen molestiæ parte leuatū, sanitatis illi mercede, quia non sanauit, non debeo: rursus quia profuit, inanem prorsus à me dimittere haud æquum est. At si post mille pharmaca, nihilo tamē melius habentem destituat: præmij nihil meretur, qui nihil iuuit: gratiæ verò tantundem fere, qui quod mederi tentauit, sui gratia, non mei fecit. Quod si insigniter Medicæ artis ignarus, rem tamen aggredifuerit ausus, atque aliquāris per misere venenis affectum postea dimitat: quum iam non modo nihil opis tulit, sed plurimum doloris addidit: etiam si sese gratis obtulerit: vtrum amore dignus est, quod me

suo labore tamdiu nulla præmij spe tam officiosè vexauit: an summo potius odio, quod temerè sese meo periculo ei negocio cuius erat imperitus immiscerit? Huic rei Iudices haud multū mihi videtur præsens causa dissimilis. Lex enim Tyrannicidā conducere vehementer alicunde studet, eique præmiū certum Tyranno cæso, pollicetur. Sed Tyrannicidā quā dicit Iudices, hominem querit artificem: non manu tantum fortē, sed pectorē quoq; multo magis valente, consilio potius quam viribus præstantem: qui insidias tendere, laqueos abscondere, occasiones captare nouerit. Ergo hanc prouinciā si quis huiusmodi suscepit, qui Tyrannum ipsum arte, & insidijs adoratur, adorsum opprimat, oppressum interimat: nec se excepta semel nisi perfecta desistat: hic Tyrannicidij præmiū audacter postulet. Sin id quidem non potuerit, quod autem proximum est, & confine, fecerit: Tyrannum videbit vel in exiliū abegerit, vel ad deditonem condonata vita coegerit, vel ad deponendam Tyrannidem certa conditione compulerit: hunc ego præmio dignum, neq; nullo quidem neque tamen Tyrannicidæ iudico. At si quis manu potens, mentis inops, illarum penitus ignarus artium, quibus instructū esse Tyrannicidam oportet, qui rem viribus egere tantū, ac non consilio putet, qui denique Aiaci multo sit, quam Vlyssi similior: Sed adiaci tamen iam abiudicatis armis insanienti, armenta hominum loco trucidanti: Si huiusmodi, inquā, quispiam rem tantam conficiendam sibi defumperit: tum nec insidias collocans, nec tēpus eligens, nec occasiōne expectans: impetu quodam proruat, nec ab ipso tamen Tyranno incipiat, sed in satellites eius insiliat, dato interim illi sibi cauendiloco: Tum subducto Tyranno, re temere cœpta, stulte gesta, per ignauia relicta, ac penitus infecta, sola sibi fuga, abiecto etiā gladio consulat: Postea vero vel defuncto, vel interfecto Tyranno, in publicū prodeat: præmium tanquam Tyrannicida postulet: atque huiusmodi vtatur oratione: Volui Iudices, ausus sum, tētaui, periclitatus sum: Vtrū Iudices illi Tyrannicidij præmium decerneritis, quia Tyrannum tentauit occidere? an malam potius gratiam haberetis, ac dignū etiam supplicio duceretis, quod sua temeritate non se solū frustra periculis obiecerat, sed urbem etiā vniuersam in summum discrimen vñā precipitauerat: vt pote qui Tyrannū stulte irritando fecerit & ciuibus infestiorem, & aduersus insidias cautiorem? Videtis ergo Iudices quemadmodum id quod iste vel solum satis esse confidebat, vsque adeo nihil adiuuat, vt etiam nonnihil officiat. Quamobrē si neq; is, quem peremit, Tyrannus fuit: nec satis Tyranni filium occidisse fuit: tentasse verò temerè, plus quam frustra fuit reliquum est, vt vltimum illud. Tyrani videlicet ipsius mortem, excutiamus: quam iste sibi nos debere dispu tat. Hoc

tat. Hoc totius negotij caput est, hoc si vobis iste persuaserit, causa nihil est quin vicerit. Contraq; si ego hanc partem vicero, atq; sacrâ hâc, quod aiunt, anchorâ illi præcidero, nonne illico necesse est fluctuet, ac naufragio pereat? Idcirco Iudices hic etiam, atque etiam obsecro: ut quam maximè sitis attenti, dum Tyranni cædem doceo, ex qua tota ista pendet controversia, nihil ad istum quicquam pertinere. Totum ergo hunc locum Iudices sic ab isto tractatum esse meministis, vt qui vobis persuadere cuperet vt crederetis eum iam tum quum filiū perimeret, parentem, quod postea fecit, præscisse facturū. Sciebā, inquit, satis esse filium occidere, sciebam patrē ilico sese post mortem filij peremptum. Imò sciebas certè, quum sic hanc causam ageres, opus esse tibi vt illa præscisse videreris. Alioqui frustra te præmium Tyrannicidij petiturum: si neque ipse Tyrannum peremisses, neque id saltem fecisses, vnde illi scires exitium imminere. Eam ob rem Iudices exitum eius facti rā certum videri voluit, vt nobis etiā audientibus dixerit, ob id ipsum sese à Tyranno manum abstinuisse, cumque sibi ipsi pariter, & istius gladio reliquise, quem alioqui, vt ait, facilè potuisset occidere, fecissetq; nisi de exitu securus scilicet, tunc de industria pepercisset, vt paulo post miserius interiret. Hic igitur quid faciam? quo me potissimum vertam? vnde argumenta conqueram, quibus hunc probè nō esse rerū futurum præscium? Quin illū percontemnatur potius, ac rationes alias exigamus, quibus ille nobis fidē rei tam longè supra fidē faciat, vnde hanc tam mirabilē diuinandi peritiā noctis sit, vtrūmne homine quopiam docente didicerit, an numine potius inspirante cōceperit. Dic igitur nobis Tiresia, quonā probamento facies, vtī constet comprehensam esse tibi rerum futurarum scientiam? defossum alicubi thesaurum effode, cogitationes nostras euolue, abstrusum aliquid, atque occultatum erue, quod miremur omnes: nempe eiusdem artis esse puto, & quæ præsentia latent edicere, & quæ sunt futura prædicere. Aut si tu futuris duntaxat vales, aliqua nunc edissere aliquot post hoc annis, aut si libet, seculis potius euentura: quæ quum ex tuo præscripto ceciderint omnia, tum demum redito, & futura te præscisse dicito. Interim profectō ægre, quantum suspicor, obtinebis: quod te nesciente siebat, id præscisse credaris antequam fieret. Quod si tum quum filiū interimeres, ignorabas patrem sese, quod postea fecit, occisurū: cur tu nūc eius cædis præmium postulas, quam nisi velis impudenter esse mendax, fateare necesse est, te ignorante, atq; adeo ne cogitante quidem, perpetrataam esse? Sed ideo se fortasse putat huius etiam necis autorem: quoniam illa cædes quam fecit, istius quoque, tametsi præter spem, causa tamen aliquo modo fuit. Qua in re vos longe alia Iudices opinor esse sententia. Neque enim si Ty-

rannum casu quisquam aut mente captus occidisset, ei Tyrannicidij præmium decernere. Quid ita? Nempe quod inscius vterq;, atq; imprudens occidisset, quanquam istius causa est aliquanto, vt mihi videtur, inferior. Nam si alteruter illorum præmium peteret, tametsi peteret qui peremisset ignarus, atque ideo frustra peteret, peteret tamen qui peremisset: nūc vero, & isto nesciente, & non ab ipso peremitus est. At nihil ego, inquit, neque casu, neq; imprudens feci: sed filium cotulit trucidau, atque ita patri volens ac prudens mortis causam præbui: qui, ni ego filium occidisset, adhuc tyranus viueret. Age accedam etiā proprius. Si tu Tyrannum aggressus vt perimeres: deinde vixtus ab eo, proiecto etiam gladio, fügeres, atque is equo te persequutus, equo colapso, præcepis in gladium tuum tam oportunitatem caderet, vt eodem transfigeretur: an non hic posses eadem omnia dicere, voluisse te viderelicet, ac volentem aggressum esse: volentem igitur prudentemque causas ei mortis attulisse: nam nisi tu illum fuisse adoratus, ille non fuisse occisus. Sed nonne vides, vt eadem opera, vel magis fuga tua gloriari licet, & ignauia tua præmiū petere? Nam nisi tu fugisses, ille non cecidisset: nisi tu gladium turpiter abiesses, nec transfixus ille fuisse. Postremo hac ratione ignauos etiam Tyrannicidas esse liceat. Quæadmodū licet volēs adoratus esst vt interimeres, tamē postquam re infecta fugisses, quod postea factum esset, tuum non iudicaretur, licet id factum non fuisse, nisi tu aliquid ante fecisses. Ita etiam si Tyrannum perempturus ascendisti, filiumque, dum patrem queris, occidisti: tamen cum pergere ac perficere quod inceperas, vel timore non aulus sis, vel negligentia nolueris, vel casu non potueris: sed re prorsus infecta redieris, quicquid inde postea te insecio, atq; insperante prouenerit, id à te profectū esse nō dixeris. Siquidē quicquid tuum dici potest, ibi desijt, vbi tu desististi. At nec istud fortassis ei quod ipse fecit simile esse concedet. Sed mihi hoc pacto rursum opponet. Is quem tu proponis, nō ea mente Tyrannum aggressus est, vt se postea victo ac fugiente, ille vīctor dum persequeretur, occumberet. Ideoque quod non proposuit, merito suum vocare nō potest. At ego eo proposto peremisti filiū: vt pater sese dolore comotus occideret: atque id facturum animo meo percepī. Videtis Iudices, vt nobis illa diuinatione sua rursus occurrit? Querimus igitur ab eo, quonam pacto præsenlerit, præsciueritne? an coniecerit? Si se præsciuisse respondeat, neminem credo ei crediturum: sin conieciisse, interim nescisse se fatetur: sed opinatū esse tācum, hoc est, dubitasse, incertum fuisse: postremo quid aliud quā ignorasse? Sed videamus tamē quibus signis, quām perspicuis argumētis, rem tam inopinabilem ita collegerit euenturā, vt quod alius nemo sperare potuisset, id ille sibi

DECLAMATIO THOMÆ MORI

tanquam certum, atq; inopinabile proposuerit. Noueram, inquit, quām misere deperibat filium. Itāne id tandem adeo te certum ac securum reddidit, vt necem eius nō tanquā forte secuturā, sed necessario futurā destinares? Scio iudices, haud mediocres illos affectus esse quos erga liberos parentum pectoribus inseuit natura, neque tamen aut tantos, aut cuiquam exploratos crediderim: vt promittere sibi ac spondere audeat, id quod iste se fecisse narrat, interempto filio patrē vtroneum ei comitem futurum. Nam quotusquisq; ex his, quorū filij, & vnici, & charissimi quotidie vel morbo cadunt, vel dolo pereunt, vel bello occumbunt, vel cau intereunt, vsqueadeo mōrōe constringuntur, vt sibi mortem sua sponte consicerent? Sed amori, inquit, etiā desperatio, non minor occasio desideria mortis accessit. Quamobrem obsecro, an tu quūm filium perimeres, reliquos vna satellites omnes occidisti? non dicas, opinor, stragem te tantā fecisse. Cæterosigitur adhuc retinebat: opum satis, viriū satis habebat. Quapropter vno adēpto, quum tot adhuc essent incolumes, quorū omnium intererat maxime hunc incolumē esse, quorū ei vsqueadeo desperandum fuit, vt non ab urbe, sed ex orbe festinandū fuerit? An vsquam gentium viuere quenquam hodie suspicemur, qui id fecisset, quod Tyrannus iste fecit? Quid de alijs quærimus? quin te potius interrogemus, quē verisimile est de te coiectaram hanc fecisse, & Tyrannum ex animo tuo spectasse. Si tibi ergo filios perimeretur, atque insuper imminere videretur nonnullū, & fortunā simul, & vitā periculū: num potius eligeres te comitē filio dare, quām mortem illius vlcisci? An temet ipse ne ab alijs occidereris, occideres? Certe, vt pro te quoq; respondeamus, non faceres. Quomodo ergo in mentem tibi venire potuit: vt quod nec alij fecerunt, nec quisquam fecisset, nec tute facturus essem, id Tyrānum cogitares facturū? At planè, inquit, cogitabam: alioqui cur ibi gladium meum reliquistem? Rectē nimurū ignauiae tuæ nos admones. Nam cum hoc dicit iudices: nonne id vobis videtur dicere, præfensi certe: alioqui cur inde fugissem? quid enim aliud est alioqui cur gladium ibi reliquistem, quam alioqui cur inde abiecto gladio turpiter me in pedes dedissem? Nam quid opus fuit gladium Tyrāno relinquere? Ne deesset ei lūcīcet, quo periret? Itāne qui omnium gladios timet, ipse gladio caret? Qui quicquid habet, gladio peperit, gladio possidet, gladio tuetur, ei gladius vñquam absfuerit? O nouum prodigium Iudices, Tyrannus sine gladio. Neque illi gladius defuit, nec iste gladium ei reliquit, sed abiecit: nec futurum quod euenit, vel leuissima coniectura præuidit. Sed posteaquam in arcem temere (nescio quomodo) perrepisset, atque ibi adolescentem (vt est iuuenta semper incautor) solum, securum, ac nihil minus expectan-

tem, de improviso abortus oppresisset: ac po-tuisset fortasse progressus altius eadem opera Tyrānum sustulisse: illico hominem timor inuasit, metuentē ne voce vel gemitu morientis audito, iam tum proditus cōcurrentibus Ty-ranni satellitibus, caperetur. Iam ante oculos eius obuersabantur vincula, carcer, tormenta, ac mortes mille, mille supplicia: quorum ima-ginatione vana perterritus, iam strepitū om-nem, omnem sonitum, ac postremo suā ipsius vñbram expauescens: tam nunc repente timi-dus, quā ante temerarius, ex arce se proripuit: nec secum gladiū saltē tollere ausus est: seu ne esset fuga tardior, seu ne cum ense depre-hensus, insidiata fuisse Tyranno diceretur: quo nunc perempto recurrit insolens, & tanq; ipse occiderit, Tyrannicidij præmium postu-lat. Age ergo Tyrannum ipsum non quero an peremeris: hoc tantum quero, an peremisse potueris. Si non potueris: ergo occasionem non expectasti, locum idoneum non elegisti, tempus opportunum non captasti: sed temere, sine consilio, sine ratione, præceps incœpi-sti, quod perficere non valuisti. Nec illum ergo te iactes occidisse, quem te fateris nec potuissē. Sin potueris: magna profectō vel inertiae, vel ignavia fuit, quod nō feceris. Imō, inquit, potui: sed de industria supercedi. Satis iam fe-ceram, filium occideram: patrem dolori suo, & gladio meo reliqui, quo eū sese peremptu-rum præaudi. O inuercundum, si illa mētiris. O inlanum, si non mentiris. Si tam incredibili-lla finixisti, miramur impudentiam: si tam ab-surde cogitasti, miramur amentiam. Tūne adeo eras infaus, vt quum vno iētu potueris, & vi-tam tuam, & Reip salutem in tuto collocare, malueris omnia dubijs fortunæ casibus expo-nere, & tibi futurum promittere, quod sanus auderet nemo sperare? Quid si Tyrannus id voluisset, quod tute haud dubiē fecisses, & quod illum quoque facturum longe verisini-bus quām quod fecit, fuit: conclamasst satel-lites, coēgisset sicarios, armasset carnifices, ac prolato filij cadavere, & natura crudelis, & tā atrocī spectaculo irritatus iram ac furorem il-lum effudit: primum in te, per quem filius occisus, deinde in urbem vniuersam, propter quam occisus est: quæ si contigissent (vt tua dementia propemodum contigerant) neque tu miser hodie viueres, qui hoc præmium pe-teres, neq; nos Rempub. vllā à qua peti posset haberemus. Sed Dij immortales, iudices vota, precesq; nostras recordati sunt: Dij seruitus nostræ mala miserati sunt: Dij nobis in summis atque extremis periculis auxiliati sunt. Qui quū semper huic vrbī succurrere statuis-sent, id potissimū tempus elegerunt, quo ma-xime nobis beneficium suum cōmendare pos-sent. Nam Tyrannus quanquam semper erat molestus viuente filio, tamen eo nomine mi-nus grauis incumbebat ciuibus, ne miserā pe-nitus atq; exhaustam urbem filio relinqueret.

At co

At eo trucidato propter quem ante pepercera-
rat, cui dubium esse potest, quin funditus omnia
direpturus fuerit? Postquam ergo Resp.
istius primū temeritate, deinde ignauia in ex-
tremum illud periculū corruisset, superi tēpus
iam venisse rati, quo perpetuam nobis inscul-
perent fauoris su memoriam, omnia mala quę
tam propè ceruicibus nostris imminabant, su-
bitō in ipsum Tyranni caput auerterunt, idq;
tam celeriter, vt citius nos periculo liberatos
esse, quām in periculo fuisse cognoverimus, ne
nos interim saltē potuisset discriminis tāti me-
tus vrgere. Quis Tyrannum putasset Iudices,
reperto filij sui cadavere, in sese potius quām
in hanc vrbum gladium fuisse versurum, nisi
noſtri ſtudio ſuperi in propriam illum perni-
ciem immifſis ei Furijs, agitaffent? Itaque iam
nunc videre mihi videor micat latronis ocu-
los, obducta ſupercilia, contraſtam frontem,
genas pallētes, dentes ſtridentes, labra tumen-
tia. Denique qualem Pentheum deſcribunt
Poētæ, toto ore, toto vultu, ſuæ prodentem
mentis inſaniam. Quum primum ingressus fi-
lium reperiret occiſum, quid illum feciſe, quid
clamaſſe ſuſpicemur? quid aliud quām vt im-
pium, atq; dementem ſpurcissimo riſtu inſana
in ſuperos euomuiffis cōuitiaſ? O Deorum
ōnuminum inuidiam. Video cœlites odij veſtri ſigna: video liuoris atri veſtigia. Nihil vo-
bis viuit iniquius, nihil ambitionis, nihil inui-
dientius. Soli imperare, ſoli regnare vultis, nec
ſatis propria felicitate contenti, ſempre aliena
tabefciſis. Quur non mecum in certamen deſ-
cenditis? Quur ignauum inſidiatorē filio ſub-
miſiſtis? Ille quiſquiſ erat, cum Tyrāno in cer-
tamen etiam ingredi non aufus eſt: hoc certē
ſaltem gaudeo, quōd nemo ſe poterit Tyrā-
nidam dicere, nemo Tyrānidij prämium
petere. Nemo enim Tyrānum occidet hodie,
niſi Tyrānus. Tyrānus ego hodie vel Dijs
inuitis moriar. Huiusmodi ergo deliria quum
blateraſſet, in gladium tandem amens ac furio-
ſus incubuit. Tyrānus igitur Iudices iſtius gla-
dio, imō nec iſtius, quippe quę ante abiecerat,
manu quidem ſuapte, ſed ſola Deorum opera
perſoſſus iacet. At nunc iſte ſibi, cuius ibi nullę
partes erant, primas vendicat. Itaque qui me
ſycophantam vocabas: vide obſecro, vter no-
ſtrum huic vitio propior eſt, egōne qui tecum
hodie pro Rep. ſuperiſq; dimicans, prämium
tamē nec victor poſtulo: an tu potius, qui de-
ſertor ac fugitiuus, contendis tamen alijs, atq;

hijs quidem Dijs vincētibus ipſe triumphare?
Define, define aliena virtute partam tibi arro-
gare victoriam. Define Deorum in hanc vr-
bem tam clarum obſcurare beneficium. De-
fine Deorum laudibus obſttere, & ab hac te-
meraria petitione deſiſte. Quōd iſte Iudices
moſtus eſſe perrexit, vos tamen iſpam rem
aquis lancibus expēdite: Nam iſte quid aliud,
quām Tyrannum vt ſibi caueret admonuit?
Dij ne cauere ſibi poſſet, ne inſidijs amplius
opus eſſet, effecerūt. Iſte quid aliud quām gla-
dio ſuo Tyrannum in nos omnes armavit?
Dij gladium illum a nobis in Tyranni iugu-
lum retorferunt. Iſte quid aliud denique, quām
vniuersam vrbum in ſummum periculum de-
mentia ſua coniecit? Dij corrigeſtis iſtius in-
faniam, diſcrimē illud ſubitō in proſperimam
ſecuritatē conuerterunt. Vos ergo Iudices
per deos immortales obteſtor: per deos huius
clarissima libertatis, huius inſperata felicitati-
ſe autoreſ, ne quod nobis Deorum omnium
conſilio, ac virtute ſucceffit, id vos vniuſ ho-
minis amentiæ referri ſinatis acceptum: nēve
hanc vrbum vnuquam in deos liberatores tam
ingratam eſſe: nēve patiamini vt ſalutē ſuam
debere ſe potius humanae temeritati, quām
deorum beniginitati fateatur, quos ita demum
ſperare licet futuros ſemper huic vrbi propi-
tios, ſi nos eorum quę contulēre memores, eos
(vti aequum eſt) beneficiorum ſuorum recog-
noſcamus autoreſ. Alioqui ſi nos (quod abſit)
ingrati, quę ab illis profecta ſunt, in alios refe-
ramus, gratiamq; ſuperis debitam impēdamus
hominibus: viciſſim hercle metuendum eſt,
ne dij quoque ſuum erganoſ fauorem im-
muuant: ac Reipub. noſtræ curam, vt indigna-
quę ab illis curetur, abijciant. Quamobrem
vt aliquando finem dicendi faciam: quando-
quidem iſte peccauit officio, & bono animo
male fecit, dij verō eius peccatum in commo-
da noſtra verterūt: ac dij quidem coegerunt,
ſed ſe tamen Tyrānus interfecit: tum prä-
mium qui coegerere non petunt, petere autem
qui peremit non poſteſt: vos ſententijs
veſtris Iudices, & huic veniam, &
ſuperis gratiam decernite: &
vrbeam ab huius prämiij
debito, quo eam libe-
ram eſſe dij volue-
runt, absolui-
te. Dixi.

